Dilucidatum apud [illegible] die 26 martij. [illegible] ... liber [illegible] 151

150

Q. Judex, qui licite potest non cognoscere de causa, sed remittere ad aliud tribunal,

[margin: et in[illegible] solutatem] potest a parte, cuius citra iniuriam tertij interest, ut coram praefato judice videatur et audiatur, aliquid accipere, eo quod in gratiam talis partis cognitionem causae acceptet? An vero etiam hic casus comprehendatur sub iuramento, quod Senatores Regij, et alij judices Cancellariarum Regnorum emittunt non accipiendi munera, ut patet lib. 2. recop. tit. 5. leg. 6: et quia ipsi expresse

[margin: [illegible] leg. 56] prohibentur accipere quaecumque dona, etiam esculenta aut poculenta tam directe quam indirecte, extendendo prohibitionem ad suas uxores: nedum relate ad actu litigantes, verum relate ad eos, de quibus praesumi potest litem coram ipsis habituros, quamdiu in judicatura permanserint: per illa verba: no puedan recibir, quae praemittuntur ad poenas, quas dona facientes imponuntur. Supponitur namque, quod iudex de quo quaestio fit in facti contingentia procedit, comprehenditur sub praefatis legibus. Et inquiritur, an teneatur restituere?

quaestio hic involuitur. Altera, an ipso iure naturae hoc debeat restitui, si data fuit in praemium.

2°. Utrum iure naturae debeat restitui, si pecunia data est voluntarie, et quomodo practicandum?

3°. Utrum hic casus comprehendatur sub praefatis legibus, adhuc posito quod sit datum quomodo practicandum?

4. Utrum praefatae leges reddant iudices incapaces dominij etiam ad datum quomodo practicandum?

R. ad 1. potest videri, quod non: quia iste iudex non tenebatur ex iustitia, imo nec ex charitate de suscipere cognitionem talis causae: ergo potest accipere pretium pro tali susceptione. Probatur 1°, quia in tali susceptione novum onus suscipit pretio aestimabile; sicut iudex arbiter quia suscipiendo tale officium onus suscipit ad quod non tenetur ex iustitia, potest pretium accipere = 2°. nam ideo magis communiter tenetur, quod iudex non potest accipere pretium vel pro sequenda sententia probabiliori, quam utraque sit aeque probabilis; vel pro prius expediendo negotio huius potius quam alterius qui eodem tempore petit in iudicio, quia licet ex iustitia non teneatur ad hanc potius sectandam sententiam, vel ad hanc prius causam expediendam, tamen absolute tenetur alicui sententiae sequi, et aliquam ex illis duabus causis bona fide quantocius expedire; sed in nostro casu ex iustitia non tenetur ullo pacto ad aliquid circa hanc causam: ergo = Explicatur. Ibi concurrunt duae actiones in iudice, altera est susceptio causae: altera est semel suscepta cognitione causae de illa iuste iudicare: ex quibus in 2a procedit ligatus iustitia, non vero in 1a. ergo licet pro 2a actione non possit pretium ullum accipere pro [illegible] sententia, quia nequit vendere illi parti quod suum est: in 1a et pro 1a poterit, quia ad illa pars nullum ius habet.

1ª p. respon-
sio ad 1 quaestionem.

Sed his non obstantibus, dico, quod iudex publico stipendio gaudens peccat contra iu-
stitiam, et obligatione restituendi in praefato casu accipiens aliquod pretium. Et quod hoc
ipso, quod publico stipendio gaudeat tenetur iudicare gratis quidquid iudicaverit in illo tri-
bunali cui praepositus est: ergo licet non teneretur suscipere iudicium de illa causa, semel
tamen quod suscipiat gratis debet hoc agere: exemplo mutuantis, qui licet non tenea-
tur ex iustitia mutuare, ex suppositione quod mutuet, ex iustitia tenetur mutuare gratis. Er-
go sicut in hoc exemplo licet possemus etiam distinguere duas actiones, alteram
qua vellet mutuare ad quod non tenebatur ex iustitia, alteram qua effective mutuat
non potest dici, quod possit accipere pretium pro 1ª actione, licet non pro 2ª, ita in praesenti
pro eandem rationem. Et habet vim. Ideo in exemplo 1ª actione non respondet pre-
tium, quia est necessario praeambula et in esse moris non ponit in numero cum actione
qua de facto mutuat, sed comparatur ad illam tamquam ingressus practicus vi cuius deinde effective
ponitur exercitio mutuationis essentialiter gratuitae; sed etiam illa voluntas iudicis suscipiendi
cognitionem causae est necessario praeambula ad sententiam quam fert in illa causa: et
prolatio sententiae essentialiter est gratuita in hoc iudice, qui supponitur stipendiatus
gratis ferendis sententiis, non potest distingui moraliter illa 1ª actio, ita ut illi respondeat
pretium. = Explicatur. Efficacia huic iudex non suscipit cognitionem illius causae
nisi exercendo officium iudicis, et dando sententiam veluti interlocutoriam circa illud
tum praeambulum, quam sententiam illa causa, quae suapte natura posset expediri
in alio tribunali, iam spectat exercite ad tribunal huius iudicis: nam quod ex
tribunal dixerit, quod licet posset se excusare a cognitione illius causae, tamen in
gratis volebat, si in suo tribunali cognosceretur illa causa, de illa cognoscere, ad
non efficiebat, quod illa causa exercite spectaret ad suum tribunal: nec pars initio
in hoc habens hoc expetebat, quod extrajudicialiter sic diceret, vel quod moveret, ut
iuridice cognitionem illius causae susciperet: ergo iam pretium esset pro actu
iudiciali: ad quod dirimendum ex iustitia tenebatur: nam semel cognita illa causa
ex iustitia tenebatur, vel iuridice remittere illam ad aliud tribunal, vel eius cognitionem
suscipere: Quod ergo suscepit exercuit actum iustitiae ad quem saltem alternative
dirimendum tenebatur: sicut qui suscepit et expedit prius negotium et causam
pro alio inter aequaliter ad hoc ius habentes: et qui iudicat 2ª sententia pro-
babili pro hoc potius quam pro alio sententiae aeque probabili falso (si talia
iudex facere: et non potius rem dividere, aut partes componere.) ✓ Per quae
ad arg. in contra.

✓ Et ergo non potest
pretium accipere pro
exercitio actus ius-
titiae in illo tribuna-
li, in quo et pro quo
est stipendiatus, non
potest accipere hic
illud pretium: et si
accepit, tenetur resti-
tuere.

Ad 2ª quaestionem respondetur, quod si datum fuit pure gratiose et
gratitudini, iure naturae non esset obligatio restituendi. Est communis
Doctorum, quia iure naturae ex eo quod quis sit iudex non redditur incapax donorum
sibi factorum a litigantibus ultro et sine ullo pacto donantibus. = Advertunt
communiter DD. magna hic circumspectione esse opus: quia licet litigantes dicant
gratiose, plerumque non dant liberaliter, sed vel ut redimant vexationem, vel
iustitiam, aut etiam iniustitiam sibi utilem emant: et licet in causa quis
tenere iniustitiae corrumpendo muneribus iudicium iudicis, non sit impossibile

AVSA

hoc cognoscens et advertens aut debens advertere mortaliter peccat, et tamen tenetur ad restitutionem (de quo erudite disputat Mag. Prado tom. 2. cap. 17. q. 5. dub. 3. 6.) attento praecise iure naturae: tamen si iudex non maduertat, quod vult emere iustitiam sibi vilem, tenetur restituere dicta munera etiam attento iure naturae.

Ad 3m quaest. respondetur affirmative. Pro ex dictis inter quaenam restrictionem: quod illae leges comprehendunt omnes donationes etiam liberales et pure gratiosas, quae fiunt iudicibus publice stipendiatis a Rege ut talibus, seu occasione iudicii ab eis exerciti; sed in hoc casu, etiam in illo actu suscipiendi libere cognitiones illius causa, exercet munus iudicis in illo tribunali, pro quo est stipendiatus: quod = Explicatur quod aliis senatoribus Regiis in supremo Regio consilio late patet via accipiendi munera; nam licet lib. 2 novae Recopilat. tit. 2 de consilio Regio, a pluribus causis cognoscendis arceantur, ut sic expeditiores maneant in gubernatione Regni, tamen dicta lege 22 ampla ~~arbitraria~~ illis relinquitur via cognoscendi de pluribus causis, a quibus licite possent abstinere, remittendo ad Cancellarias Regias: suscipiendo ergo eas cognitiones, possent propter hoc accipere munera: quod tamen licet non suscipiendas absolute emittant iuramentum ut patet eod. lib. tit. 5. leg. 6: et ipsi eorum primus, ubi et ~~[illegible]~~ iudicibus dictatis in cancellariis tamquam his, qui debent esse forma et exemplar aliorum inferiorum iudicum, ut expresse dictum est, inhibetur acceptio quorumcumque munerum, etiam in exercendis et poscendis.

Ad 2 quaest. respondetur affirmative quod omnium commentatorum Ora PP. Molinam tom. 1. de iustitia disp. 88. ~~Card. de~~ P. Vasq. opusc. de restit. cap. 7. dub. 6 n. 62. (licet ibid. dub. 2 n. 29 nostrae sententiae videatur adhaerere) Card. de Lugo tom. 2 disp. 37 sect. 11. n. 139 ubi citat alios (de quibus dubitat Mag. Prado loco supra laudato. §. 7 n. 51) Villalobos tom. 2. tract. 18 difficultate 5. n. 9 et 11. ubi citat Emmanuelem Rodriguez (sed non bene ut advertit Mag. Prado loco mox laudato) Dianam part. 6. tract. 6 miscell. resol. 53.

Sed nostram sententiam, quam tenent ~~Mag. M. Bañes, Medina, Vectoria, quos citat et sequitur~~ Ludovicus Lopez in directorio parte 1 cap. 282. §. Item iudices fol. mihi 790: ubi clarius hoc determinat quam cap. 106, ubi citatur a Mag. Prado loco laudato ex §. 7 n. 50: et pro ea laudat omnes commentatores, insuper Vectoriam, Soto, Medinam, quos cum Petro Ledesma, Avellana, Cruz, Mercado sequitur et laudat referens loco Mag. Prado loco mox citato: Ar... et ~~Bonacinam~~ Cordubam, Hurtado tamen, et Bonacinam: nominatim vero illustrant PP. Salmanticenses in tom. 6. tract. 20 cap. 1. punct. 7. n. 75. et 83.

et merito: Nam lex illa 56 nedum prohibet, quod donationes recipiant, verum inhabiles reddit ad recipiendum: ut patet ex illis verbis: no puedan recibir [illegible]

merito premunt DD. Salmanticenses loco laudato.

Et formatur sic argumentum. In confesso est apud omnes Doctores, quod Princeps sua lege potest reddere subditos inhabiles, et incapaces adquirendi dominium titulo donationis sibi factae etiam omnino liberales et gratuitae, quando hoc cedit in commune bonum reipublicae: et quod si detur talis lex, de ea donatio non [illegible] ret dominium, et teneatur restituere donatum ante sententiam iudicis: et post sententiam teneatur restituere ei cui Princeps hoc aplicaverit per suam legem; [illegible] de facto in tali lege 56 Princeps reddit eos inhabiles: ergo tenentur restituere [illegible]

Pr. min.: tum quia sic intellexere talem legem DD. viri doctissimi et [illegible] gloriae tum utriusque iuris, tum hispanici versatissimi, quales fuere [illegible] Soto, Bañez, Medina, Lessius, Lopez. Tum quia aperte hoc monstrat [illegible] verbum non puedan, supra quod merito reflectunt DD. Salm. loco laudato n. [illegible] nam negatio praeposita verbo potest, inducit necessitatem, privat potentia, et [illegible] hoc sensu decretum irritans, ut notant ibi DD. Salm. citati Bartolo [illegible] Iasone ex iuristis, et Mag. Soto et Ledesma ex theologis: et [illegible] tradit ac exponit Prosper Fagnanus super cap. ~~Ecclesiae 13 De Regula~~ ~~ri~~. Cum dilectus 8 De consuet. n. 57: Et propterea (inquit) quodque [illegible] ab eo cui facta est prohibitio per verbum non possit, est irritum ipso iure, ut respondit Bartholus in consil. 97 [illegible]: et adhuc accuratius super ~~[illegible]~~. Cum cau[illegible] 8. De electione a n. 24: ubi licet a n.° 30 probet, quod aliquando tam [illegible] iure canonico quam civili, per non potest non inducitur nullitas actus; [illegible] n. 32 docet, quod regulariter per haec verba inducitur decretum irritans: et quod [illegible] hoc fallit, quando inde sequeretur absonus intellectus legis vel constitutionis. [illegible] ergo ex eo quod in praefata lege 56 per verbum illud non puedan, non induceretur [illegible] ctus absonus, quin sic intellecta valde deserviat ad bonum commune, et si [illegible] tenentur restituere ante iudicis sententiam, difficillimum sit imo moraliter impossibile [illegible] plurimum, quod peccantes contra hanc legem puniantur per privationem aliquam [illegible] accuratiorem post modum, sic debet intelligi.

Sed objicies. Quia in lege 1.ª tit. 18 eiusdem lib. 2 novae recop. Reges volu[illegible] quod Judices ipsi immediate inservientes a secretis camerae, restituerent [illegible] id expresse statuerunt, dicentes quod teneant in foro poenitentiae ante alios quamvis [illegible] Si id vellent in sua mente per legem id etiam statuissent: maxime quia ab eisdem Regi[illegible] Ferdinando et Isabella [illegible] vel 1.ª edita, vel ultimo formata appareat. = [illegible] [illegible] non robur accipit ex facto: nam in tali lege 1. De secretariis, [illegible] non puedan recibir, sed precisa, quod no reciban: non reciban dadiva [illegible] presente ni aprovechamiento de persona alguna que aya de librar con ellos, y [illegible] sean cosas de comer y beber ofrendas de grado despues de librados [illegible] provisiones, y dadas a los pleiteantes. Ubi tamen continetur praeceptum [illegible] non decretum irritans: licet namque alegari ex lege Non dubium Cod. de legibus, et [illegible]

tenere irritum:

[illegible]